

## Folium CLXXXV

iute domne intelliguntur ad predicaciones euntes. p tu aut inde redeuntes. id ergo neutrum dr. qm apli qs respntat qui lectiones legit his diebus fugerunt. Unde nec ad predicacionem missi sunt. nec qui missi erant sublato dno redierunt. Omnis antiphona sunt de passione et compassione. In his etiam tribus noctibus noue psalmi noue lectiones et noue responsoria diuisim per singula nocturna cantantur ad ostendendum quod christus in inferni descendens tria hominum genera. scilicet uirgines coniugatos et continentibus angelorum. et ad angelorum societate transierit. Que tria genera in euangelio distinguuntur. per eos qui in mola. per eos qui in agro. et per eos qui in lecto sunt. Tria ergo hominum genera. scilicet qui fuerunt in lege naturali. et in tempore legis et prophetarum per tria nocturna recolimus. et sicut illi per mortem domini in tribus sociati sunt noue ordinibus angelorum. scilicet in actionibus cognitionibus et gaudiis. ita per tres noctes domini esse sepulture. id est psalmi. id est lectionibus. et responsorijs subdiuiduntur. Psalmi enim ad actiones. lectiones ad opera dei cognitionem. responsoria uero ad gaudium et ad carum pertinent angelorum. Letet tres prime lectiones uel in quibusdam ecclesijs sex sunt de trenis hieremie descriptis captiuitates populi sui. non solum babilonica. sed etiam romana quam incurserunt propter passionem domini et ideo dicitur lamentabiliter in persona scorum de iudeis qui desierunt casus gentis sue. Sicut enim ille deplozauit mores ioseph regis occisi in futura destructione gentis ita et nos deplozamus mores et passionem christi regis nostri. In fine autem lamentationum dicit idem hieremias. spiritus oris nostri christus dominus captus est in peccatis nostris. Alie uero tres sunt de expositione psalmi tractatis de passione. et ideo uoce depressa leguntur. Tres uelime de epistola pauli prima ad corinthios xi. Conuenietibus uobis in unum et ubi offendit apostolus quomodo debet cenare domini sumi. Ex quibus sex lectionibus apparet quod prophete preuiderunt christum occidendum. et apostoli docent occisum. Dicitur autem tres trenis. id est lamentationes a trenas

ro monte. ubi lamenta aiaz que ibi puniunt sepe audiri dicuntur. Unde etiam dicitur trenum quod est carmen lamentationis et funeris. Dicuntur etiam treni. quod semper tres uersus post unamquamque litteram hebrei alphabeti sequuntur. quod alphabetum totum per ordinem in illis lamentationibus ponitur. Primo quod mos fuit hebreis illud ponere in eorum caribus siue luctus siue leticie alicuius rei multum notabilis. put patet in ultimo capitulo puerborum. muliere forte et in quibusdam alijs locis. put habet in primo libri regum. Secundo quod sicut dicit hieronimus in eodem phemio. et in prologo bible. uersus quibus dicit littere anteponuntur in lamentationibus hieremie. in epistola in hebreo ab eisdem litteris. Tertio uel per hoc notetur cecitas et duricia iudeorum. qui res tanquam alphabetum notissimas scilicet passionem filij dei intelligere et credere nolunt. dicente propheta. miluus in celo turtur et ciconia cognouerunt turtur aduersus suum. israel autem me non cognouit et populus non intellexit. Quarto quod interpretationes litterarum ipsarum maria ex parte continent suam uersum quibus ante ponuntur. Circa quod notandum est quod aleph interpretatur doctrina. beth domus. gimel plenitudo. telet tabularum seu scripturarum. Et hec siquidem est prima conexio litterarum ipsarum. ubi dicitur quod doctrina ecclesie. que est domus dei est in plenitudine scripturarum. De uero. yau ille uel ipse. cai huc uel ducit. beth uita. Hec est secunda conexio ubi dicitur quod ista et hec doctrina quam predicamus est uita que uiuimus. Teth bonum ioth principium. Hec est tertia conexio. ubi dicitur quod bonum est principium per scripturas quasi per speculum saltem in enigmate agnoscere deum. Caph manus. lamech coram disciplina. Hec est quarta conexio ubi dicitur quod in uero cordis disciplina erigitur. quod nihil facere possumus nisi que faciendae erunt agnouerimus. Mem ex ipsis. num sempiternum. samech adiutorium. Hec est quinta conexio ubi dicitur quod ex ipsis scripturis est nobis sempiternum auxilium. Amen oculus. pte errauit. sate iustitiam. Amen

no interpretatio  
treis trenis